



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Augustini Barbosa ... Collectanea doctorum tam
veterum, quam recentiorum, in ius pontificium universum**

In Qvo Dvo Priores Decretalium Libri Continentvr

Barbosa, Agostinho

Lugduni, 1669

36. De transactionibus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95263](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-95263)

in fine, & p. 2 rub. de testam. n. 15. vers. sed hac, Anton. Gom. l. 22. Tauri, num. 30. & tom. 1. var. c. 11. n. 14. post princ. Hyppol. conf. 106. n. 12. Tell. Fernandez l. 6. Tauri, n. 64. Bernard. reg. 524. Socin. reg. 344. Tiraq. in l. si unquam, in princ. n. 142. & verbo, donatione largitus, n. 267. & de iure mariti, gloss. 8. n. 299. Menoch. conf. 1. n. 139. cum seqq. & conf. 92. n. 9. cum seqq. Mench. freq. c. 44. & de success. creat lib. 1. § 18. n. 198. & seq. Molin. de primog. lib. 2. c. 3. Guttier. in d. quamvis pactum, in initio, n. 35. & de iuram. confirm. p. 1. c. 32. Seraphin. de privilegiis iuram. privi. 10. Crass. in § successio ab intestato, q. 9. n. 12. Surd. de aliment. tit. 9. q. 1. n. 4. & 5. Spin. in specul. gloss. 4. princ. n. 100. Molin. de iustitia, tract. 1. diff. 271. Gam. decis. 377. Cabed. p. 1. decis. 64. n. 1. & 5. Valasc. de partit. c. 16. n. 41. & 42. Castil. lib. 3. quodid. c. 9. In gloss. Canonibus ibi, Qui prohibent successionem in Ecclesia Dei fieri. Ita Concil. Trident. sess. 25. de reformatione c. 7. Host. in c. praesentium, supra de filius presbyt. Flamin. de resignat. lib. 1. q. 1. n. 11.

SUMMARIVM.

- 1 Ecclesiam acquirens per pactum augenda pensionis debet ea privari, & alias canonice puniri.
- 2 Clericus, qui facilius beneficii obtinendi causa promissit se maiorem pensionem soluturum, quam ferre pensionem quae, non est tutus in conscientia.
- 3 Pensio an ex toto, vel ex parte remitti debeat, si fructus beneficii, fuerint ex parte diminuti, vel ex toto perierint, remissus.

CAP. Cum Clerici. VI.

1 Ecclesiam qui consequutus est mediante promissione promissionis maioris solito soluenda conferenti beneficium, est privandus Ecclesia sine appellatione, & puniendus seneritate Ecclesiastica. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Zabar. Collect. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Innoc. Anan. Anch. Butr. Panorm. Felin. Henric. Bald. Host. Viu. in ration. primi libri iuris Pontif. pag. 494. Alagona in compendio iuris Canon. pag. 173. remissus Ximen. in concord. p. 2. refertur ab Ant. August. collect. 1. Decret. lib. 1. tit. 16. c. 6. & est post Concil. Lat. ran. p. 28. 8.

2 Hanc eandem quaest. ex hoc text. desumit Azor. instit. moral. p. 2. lib. 8. c. 22. q. 12. vbi q. 13. allerit huius text. decisionem procedere in clerico, qui vt parochialem Ecclesiam assequatur, mentitur fructus excedere summam centum aureorum, cum re vera eam quantitatem non attingant, & idem Azor. p. 1. lib. 12. c. 11 q. 8. tenet simoniacum esse offerentem maiorem pensionem soluendam ex beneficio ad id facilius cōsequendum, aduertens vt ij, qui in Romana Curia auctoritate Romani Pont. promouendi sunt ad beneficia, cauere debeant ne cum p. tunc vt sibi beneficia conferantur, expriment maiorem solito proventuum valorem, vt facilius beneficia assequantur.

3 In gl. Pensiones, ibi, sed pone quod facultates Ecclesiae sunt agmentate, nunquid pensio aebet augmentari. Hinc etiam non abs re quari potest, an pensio ex toto, vel ex parte remitti debeat si fructus beneficii fuerint ex parte diminuti, vel ex toto perierint calu aliquo, videlicet vel bello, vel hostium incurfu, vel incendio vel inundatione aquarum, de qua quaest. vide Gozad. conf. 33. Ludon. Roman. conf. 369. incip. vna primum, vers. quod sextum. Gig. de pension q. 62. Bellencin. de charit. subsidio, q. 43. Flamin. de resignat. lib. 1. q. 8. n. 48. & 49. Azor. d. lib. 8. c. 13. q. 3.

Tom. I.

CAP. Plerique. VII. Innoc. III.


Ecclesia quando locant domos, vel pradia, vel infendant cum pacto prauidiciali Ecclesiae parochiali, quod, v.g. eis soluant decimas, vel apud eos eligant sepulturas, pactum reprobatur tanquam nullum, & quicquid habuerunt occasione huius pacti, restituitur Ecclesiae parochiali. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Bald. Anch. Panorm. Butr. Viuian. in rationali primi libri iuris Pontif. pag. 494. Alagona in compendio iuris Canon. pag. 173. refertur ab Anton. August. collect. 4. Decret. lib. 1. tit. 15. c. 1. desumitur ex Concilio generali Lateran. c. 58.

CAP. Pastores. VIII. & fin.

Gregor. III.

Pactio, & conventio omnis pro spiritualibus habendis debet cessare, nec sunt alienius momenti. Idem dicendum est in aliis rebus quando pactum est contra salutem animae. Item pactum turpe, vel rei turpis, vel impossibile de iure, vel de facto nullam obligationem parit. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Host. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Bald. Anch. Panorm. Butr. Henric. Viuian. in rationali primi libri iuris Pontif. pag. 495. Alagona in compendio iuris Canon. pag. 173. remissus Ximen. in concord. p. 1. & 2.

Probat hic text. in spiritualibus, & beneficiis prohibitam esse omnem pactionem, & promissionem, vt per Spin. in speculo testam. gloss. 7. n. 33. Azueud. per text. ibi in l. 8. n. 8. tit. 1. lib. 7. noua recap. Et quod beneficium Ecclesiasticum absque onere & conditione ab Episcopo sit conferendum, tenet Cald. Pereira de potestate eligendi, c. 16. n. 5. vers. quo argumento, Valer. Reginald. in praxi fori pami. lib. 30. tract. 3. n. 246. & late ad plures quaestiones in hac materia viles, Nicol. Garc. de benef. p. 8. c. 1. per totum. A Papa tamen collatio fieri potest cum onere, & sub conditione etiam de futuro, & quae non insit alternatiue, copulatiue, & ad tempus, c. pastoralis 7 q. 1. Franch. in c. 2. de election. lib. 6. n. 4. Selu. de benef. p. 3. q. 20. n. 2. & 5. Rebuff. in praxi benef. tit. requisita ad collationem bonam, n. 14. Nau. in c. si quando de rescript. pralud. 2. Azor. instit. moral. p. 2. lib. 6. c. 26. q. 1. quos refert, & sequitur Nicol. Garc. d. c. 2. n. 50.



De Transactionibus.

TIT. XXXVI.



VEER hanc rubr. scripserunt Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Bald. Panorm. Dec. Butr. Guillelm. Durand. in breuiario aureo iur. Can. fol. 38. vers. Petr. de Rauenna in compend. iur. Can. Martin. Melnart. in epitome Decret. fol. 41. Dan. Venator in analysi method. iur. Pont. a pag. 117. Azor. Goffred. & Host. in sum. huius tit. Alex. Cassan. & Anast. Germon in paratilis ad quinque libros Decret. Barch. Carthaginen. Cc

in *exposit. titulorum iuris Canon. nouissime* Ioan. Honor. lib. 1. *sum in Decret. omnes sub hoc tit.*

De materia huius tituli latissime, scripserunt Corraf. lib. 1. *miscell.* c. 23. Cuiac. lib. 10. *obseru.* 10. Medices de *definit.* p. 2. *definit.* 47. ex professo egit Ioan. Baptista Caccialup. tom. 6. *tract.* Doctorum, p. 1. fol. 20 & Morla in *emporio iuris* p. 1. tit. 4. de *transact.* Molin. de *iustit.* tra. 2. *disp.* 556. cum *segg.* Alex. Trentacinq. *vers. resol.* tom. 1. lib. 1. de *transact.* Card. Mantic. de *iuris*, & *ambig. conuen.* tom. 2. lib. 26. Valer. Reginald. in *praxi fori pœnit.* lib. 2. 5. n. 606. cum *segg.* Rebello de *oblig. iustitia*, p. 2. lib. 16. de *transact.*

SYM M A R I V M.

- 1 *Instrumenta, & alia iura partium, contraria trans-*
actione tolluntur.
- 3 *Papa auctoritas defectus omnes solemnitatum supplet.*
- 4 *Solemnitates extrinsecæ præsumuntur interuenisse*
quando actus esset coram Principe.

C A P. Sicut graue. I. Gregor.

- 1 **T**ransactio quando fit in aliqua controuersia, omnia scripta, priuilegia, vel consuetudines, quæ in illa causa parti fauere possent, non habent robur, sed solum standum est transactioni, vel pacto, in quo si aliquid omisissum fuerit, à Papa suppletur sua auctoritate. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zab. Host. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Bald. Panorm. Anchar. Butr. Viuian. in *ration. primi libri iuris Pontif.* pag. 499. Alagona in *compend. iuris Canon.* pag. 175. remissive Ximen. in *concord.* p. 1. refertur ab Ant. August. collect. 1. *Decret. lib. 1. tit. 27. c. 1.* defumitur ex lib. 7. *epist.* 27. *registri* B. Gregorij.
- 2 *Plenissime notioris.* Vide Pinel. in l. 1. c. de *bonis mat.* p. 3. n. 50. col. 4. Hyppol. *sing.* 106 Xnar. *alleg.* 8. n. 18.
- 3 *Auctoritatem suscipiat.* Notatur ad hoc quod auctoritas Papæ defectus omnes solemnitatum supplet. ut per Brun. à Sole in *comm. verb. auctoritas*, n. 1. Extrinsecæ solemnitates præsumuntur interuenisse quando actus esset coram Principe, vel apud acta coram iudice, Mascard. de *probat. concl.* 1315. n. 26.

SYM M A R I V M.

- 1 *Compositio super decimis facta cum consensu Ordinarij*
tenet.
- 2 *Compositio inter personas Ecclesiasticas ut decime*
vni Ecclesie debita alteri soluantur, valet.
- 3 *Episcopus ubi nolit consensum prestare, ad eundem est*
Archiepiscopus.
- 4 *Transactio in spiritualibus potest interuenire.*
- 5 *Compositio inter Laicos, & clericos ut minus quam*
fit decima eis solvatur, valet si fiat cum Ecclesie
utilitate, vel sit firmata magno tēporis intervallo.

C A P. Statuimus. II. Alex. III.

- 1 **C**ompositio super decimis facta cum consensu Ordinarij tenet. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zab. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Bald. Panorm. Host. Anch. Butr. Viuian. in *ration. primi libri iuris Pontif.* pag. 499. Alagona in *compend. iur. Canon.* pag. 175. remissive Casal. in *annot.* & Ximen. in *concord.* p. 1. refertur ab Ant. Aug. collect. 1. *Decret. lib. 1. tit. 27. c. 2.* & est post Concil. Lateran. p. 28. c. 3.

Probat hic text. valere compositionē inter personas Ecclesiasticas ut decimæ vni Ecclesie debita alteri soluantur, ut per Ruin. *conf.* 142. n. 13. vol. 5. Duen. *reg.* 127. Capel. Tholos. *decis.* 97. Rebuff. de *decimis* q. 13. n. 15. cum *segg.* ubi à n. 17. limitat non procedere in decimis personalibus, quæ dantur ratione administrationis Sacramentorum, & n. 19. cum *segg.* declarat huius text. conclusionem procedere si causæ cognitio, decretum, & consensus Episcopi, seu eius Vicarij accedat, & n. 28. etiam declarat non posse laicum cum Ecclesia componere, ut decimæ ipsi laici soluantur, nisi ad tēpus, & ex iusta causa, refert Moneta de *decimis*, c. 5. q. 7. à n. 119. Aduertunt autem Doctores compositionem huiusmodi si fiat inter Parochos sine auctoritate Episcopi, vel superioris, non in totum vitari, sed valere pro vita componentium, non enim eo mortuo, qui illa fecit, successori præiudicat, Duen. *reg.* 127. in *fin.* Rebuff. d. q. 13. n. 25. Rot. *decis.* 585. n. 3. p. 1. recent. & in *Mediolan. decimarum* 10. Aprilis 1606. Coram R. D. meo Coccino Decano, in *Augustana decimarum* 18. Martij 1631. coram R. P. D. Vbaldo, refero ego ipse de *effic. & potest. Parochi* p. 3. c. 18. §. 4. n. 21.

De assensu Episcopi. Qui si nolit consensum præstare, ad eundem est Archiepiscopus, ex palat. in *repet. rubr. de donat. inter vir. & vxor.* §. 2. n. 4. & faciunt quæ Tiraq. de *iure mariti*, gloss. 8. n. 8.

In gloss. 1. libi, *Hic est arg. quod in spiritualibus potest interuenire transactio.* Vide Soar. de *reliq. tom. 1. tract. 3. lib. 4. de Simon.* c. 51. n. 6.

In gloss. *Personam, fin.* Notatur ad hoc quod valet compositio inter Laicos, & Clericos ut minus quam fit decima res solvatur, vel ut de aliquibus rebus non præstetur, si fiat cum Ecclesia utilitate, vel approbata sit à Sum. Pontif. ut per Rebuff. d. q. 13. n. 26. & 29. Moneta d. q. 7. n. 124. & 125. Vel si talis compositio sit firmata magno temporis intervallo cum obseruantia 30. annorum. Abb. in c. *Albericus*, n. 6. de *testib.* Alex. *conf.* 52. n. 7. & *conf.* 17. n. 8. & 9. lib. 4. Rota in *Mediolan. decimarum* 10. Aprilis 1606. coram R. Coccino Rotæ Decano, & in *Taurinen. decimarum* 27. Iunii 1607. coram eod.

SYM M A R I V M.

- 1 *Capitulum si consensit transactioni, eam fecit Pre-*
latus nomine Ecclesie, ulterius dissentire nō potest.
- 2 *Procurator ad agendum etiam cum libera, & generali*
administratione non potest transigere vel pacisci.
- 3 *Contractus ex diuturnitate temporis robur accipit, &*
fomentum.
- 4 *Transactio est contractus.*
- 5 *Mandatum generale habens cum clausula ratibabi-*
tionis non potest transigere.

C A P. Contingit. III.

Abbas constitutus simpliciter ad agendum non potest transigere sine licentia Capituli; si verò præter mandatum procuratorium ad agendum habeat literas de rato à Capitulo, id est, quod quicquid super tali negotio egerit, ratum habebit, tunc potest transigere, & multo magis si habuit simplex mandatum transigendi. Item si sine mandato de rato transigeret secundum formam iuris, post quadriennium rescindi non potest, quia dum Capitulum etiā transactionē obseruat; consentit, ante quadriennium potest rescindi si Ecclesia est læsa. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zab. Bellam. Henric. Boich. Ioan. Andr. Imol. Anan. Bald. Panorm. Host. Anch. Butr. Viuian.

Vin. in *rationali primi libri iuris Pontific. pag. 500. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 176. remissive Ximen. in concord. p. 1. & 2. refertur ab Anton. Aug. collect. 1. Decret. lib. 1. tit. 27. c. 3. & est post Concil. Lateran. p. 28 c. 5.*

Refert hic text. solum Prælaturum transigisse de re Ecclesiæ, Capitulum verò tunc demum non posse dissentire si tacite, aut expressè consenserit: conquiritur Panorm. in præsentis Doctores text. hunc minime aperuisse: nititur explicare Host. in *sum. l. ius tit. §. quis, vers. sed quare*, aliqua per Felin. in *c. edocere, vers. sequi potest, de rescriptis*, & per Doctores in *l. 1. c. si adversus transacti*. bifarie potest intelligi, primò transactionem hic factam à solo Prælato potuisse valere, etiam si esset alienatio, si Prælatus rem immobilem Ecclesiæ ab aliquo detentam recuperavit, & pecuniam, vel simile dedit, tunc enim nihil aliud alienari videtur nisi pecunia, quæ ut & res alias mobiles non pretiosas solus alienat. *glos. verbo immobile in c. nulli, de rebus Ecclesiæ non alien. commendatam Roman. sing. 103. Cremen. sing. 9. Ia. in l. 1. §. si quis, ff. ad Trebel.* In quo intellectu consentit *glos. celebratissima in l. nulli ff. hoc tit. vbi Bart. & Ia. Federic. conf. 204. Roman. conf. 166. Panorm. vbi sup. col. ult. & in conf. 57. vol. 1.* Secundò si Prælatus rem etiam immobilem relinquit sub aliqua conditione vtili Ecclesiæ requisito Capituli consensu, nam certum est alienari posse vbi est utilitas evidens, & solemnitas, in proposita specie virumque adeo; ergo alienari potest: facit quòd iuxta vulgaria sæpè restitutionem concedunt adversus transactionem factam à Prælato, & Collegio, sed non daretur restitutio nisi transactio valeret; ergo, & c. quòd adeò verum esse existimo, ut etiam Prælatus cum Capitulo possit transigere, & consentire alienationi rei nunquàm solite alienari, si modò ita ab aliquibus vsurpata sit, ut moraliter impossibile, aut difficile videatur ab eorum manibus extorqueri, iuxta quæ fieri posset, ut ea res concedatur eisdem, vel aliis, ut recipiant eam honesta pensione, & certitudine revertendi ad Ecclesiam ea bona; præstat enim, ut inquit poeta Seneca, donare dimidium quàm perdere totum. Item prudens paterfam. suarum rerum amator ita facere debuisset, dicereturque rebus suis diligenter consulere, & huiusmodi contractus in euidem Ecclesiæ utilitatem redundare. Vltimò mox in hanc sententiam auctoritate præclara *c. 1. de feudis*, vbi in terminis dicitur licere Prælato, qui iurauerat nullo modo res Ecclesiæ de nouo infundare, huiusmodi alienationem facere, nec potest text. intelligi de re solita alienari, seu infundari, ut Panorm. & alij intelligunt, quia de hoc nō potuit esse dubitatio, prædixerat enim text. Prælaturum illum posse res solitas alienari iterum concedere etiam postquam finita generatione ad Ecclesiam reverterentur; agit ergo text. quando bona erant male vsurpata, & tunc primum infundabuntur, in quem sensum illum text. intelligit Sylvest. in *sum. verbo alienatio*.

2. Notatur hic text. ad hoc quòd procurator ad agendum etiam cum libera & generali administratione non potest transigere, vel pacisci, Cardos. in *praxi iudicium, verbo procurator, n. 25. Ego ipse de diction. & clausulis, claus. 17. n. 17.*

3. Si fuerit aliquot annis servata. Notatur ad hoc quòd contractus ex diuturnitate temporis robur accipit, & fomentum ut per Rebuff. de *prescriptis*. §. 1. *gloss. 4. vers. undecimò, pag. 97.* Et notatur etiam ad hoc quòd transactio est contractus. Tiraq. de *iure mariti*, *gloss. 7. n. 205* & de *verba l. §. 1. gloss. 1. 4. n. 65*, & §. 3. *gloss. 4. n. 11.* Rebuff. in *compendio alienat. n. 66.* Mantica de *ta-*

Tom. I.

In *gloss. Literas 1.* Notatur ad hoc quòd habens generale mandatum cum clausula rati habitationis, non potest transigere, ut per Cou. lib. 1. *var. c. 6. n. 4.*

C A P. Constitutis, IV.

Transactionis in beneficiis etiam si præcedat iuramentum, fieri non potest, continet enim simoniæ speciem Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabart. Bellam. Ioan. Andr. Imol. An. in Bald. Panorm. Host. Anch. Butr. Viniar. in *rationali primi libri iuris Pontific. pag. 500. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 176. remissive Ximen. in concord. p. 1. & 2. refertur ab Anton. Aug. collect. 1. Decret. lib. 1. tit. 27. c. 4. & est post Concil. Lateran. p. 28 c. 4.*

Probat hic text. non esse licitam transactionem circa beneficia, idem probat text. in *c. super eos, hoc tit.* & vtrouque *gloss. Innoc. Zabart. Abb. & omnes DD. vbi dem.* Sylvest. *verb. transactio, post princ. Angel. eodem verbo*, §. 4. Lambertin. de *iure patron. lib. 3. q. 9. princ. art. 6.* Pro qua sententia vltra prædicta iura tres adduci solent rationes. Prima quòd licet transactio iuste fiat circa iura spiritualia, non sic fiet circa res quæ ex spiritualibus, & temporalibus componuntur, propterea sunt bonæ, res sacræ, & religiosæ, quoniam temporale quoque interuenit, quod pro ipsis spiritualibus dari videri potest, quam rationem expressit Abb. & Sylvest. *vbi supra*. Secunda ratio ex eo deducitur quòd is, qui religiosum beneficium transactione dimittit, nihil dat: nam si adversarius verum ius habeat ex Canonica institutione, à superiore recepit, non ab eo; ex reg. *c. quod autem, de iure patron. fin. autem alius non habeat ex transactione*, nihil consequitur, iuxta regulam *beneficium in sexto*, sicque transactio non constabit. Tertiam rationem addit Padil. in *l. ult. n. 13. C. hoc tit.* quòd beneficium pro alimentis datur, iuxta *c. clerici 1. q. 2. c. cum secundum, de præbend. de alimentis autem transigi non potest, ex l. cum ij, §. ff. de transact. ita resoluit Gig. de pensionibus q. 51. a. n. 21.*

Verum liceat hæc sententia ab omnibus recepta sit, contraria verior est, ut si habilibus dentur termini circa beneficia, transactio licite fieri potest, idque ex eo probatur, quòd certum est, & ab omnibus confessum *civitis locis*, transactionem circa alia iura spiritualia rectè fieri, modo id quod datur, & recipitur sit spirituale, ut præ aliis docent Sylu. & Lambert. *locis cit.* sed nulla ratio sufficiens reddi potest quare magis circa alia iura spiritualia, quam circa beneficium transactio fiat; ergo in omnibus idem dicendum. Accedit, quòd species simoniæ dari non potest nisi in conventionione spiritualium temporale considerabile interueniat, ut à contrario sensu probat text. in *c. ult. de rerum permut.* Præterea si omnia iura, quæ de his transactionibus, & conventionibus agunt, rectè expendantur, his tantum casibus speciem simoniæ constituunt, vel de ea dubitant vbi aliquid temporale ratione census, pensionis, aut expensarum recipitur, ut colligitur ex *c. cum pridem, de pactis, c. super eo 6. præterea 1. & 2. hoc tit. c. 2. de arbit. c. nisi essent, de præbend. c. dilectus 11. de simon.* Unde licet colligere quòd si nihil temporale interueniat, erit transactio iusta circa beneficia, vtpotè si de duobus beneficiis controuersia fuerit, vel de beneficio, & alio spirituali iure simul constabit transactio si vnus in gratiam alterius vnus ius dimittat, & alterius ius recipiat, iam enim aliquid datur, & recipitur, ut transactio existat, ab vtraque parte spirituale, ut species omnes

Ec 2 sum

simoniae absint: nec refert si quis dicat posse contingere, ut vnus tantum ex colligantibus, in vtroque ius habeat, vel neuter, sique non constabit transactio, cum in effectu nihil recipiatur, respō letur enim ad existentiam transactionis sufficere, ut vtriusque dimittat id, quod suum esse putat, vel ius quod praetendit, iam enim quantum in eis est datur aliquid, & recipitur, Ordinarius tamen, vel is ad quem pertinet, titulum examinet, ut sic vel admittat, vel repellat, etenim transactio in re dimissa ius non tribuit *l. si pro fundo, C. de transact. vbi gloss. Bart. & communis, Iac. in l. stipulatio ista §. si quis forte, n. 7 ff. de verb. oblig. Tiraq. de retract. tit. 1. §. 1. gloss. 14. n. 62.*

Qua retenta sententia non obstant argumenta, quae pro prima contraria adduxit ad primum enim ex hoc text. & d. c. super eo, respondetur iura illa agere cum de vno tantum beneficio controuersia erat, quo casu transactio dari non potest, quia ius suum dimitteret, cum vnicum sit tantum, & individuum, nihil potest spirituale ab alio consequi, sicut cum nihil recipiat potius liberaliter cedit quam transigit; sin autem aliquid recipiat temporale, simoniaca erit transactio. Igitur recte Pontifices praedictis iuribus definiunt absolute transactionem circa vnum beneficium fieri non posse, idque significat d. c. super eo, in illis verbis, aliquo dato, vel recepto, oportet enim de temporali intelligere cum spirituali, ibi, recipi non potuerit; vult enim Pontifex significare quod ut transactio existat, necesse est, ut aliquid recipiatur, propt. gloss. & DD. ibid. colligunt, & Doctores etiam in d. l. transactio; cum autem in eo casu nihil possit recipi nisi temporale, recte colligitur transactionem non valere. Ad secundum respondetur nullam esse constituendam differentiam inter res merē spirituales, & mixtas, quae ex spiritualibus, & temporalibus componuntur, si in ipsis spirituale sit praecipuum, propt. in beneficiis contingit, in quibus spirituale ius diuini ministerij praecipuum est, temporalia, verō quasi accessoria dependentia titulum beneficii sequuntur, atque ideo cum transactio circa iura spiritualia sit, temporalis, quae ex necessitate legis titulum beneficii sequuntur, non sunt in consideratione, quoniam spirituale pro spirituali dimisso, non verō pro temporali datur. Ad tertium respondetur ad validitatem transactionis non requiri, ut id, quod ab vtraque parte dimittitur, verē daretur sit, & ex ea transactione accipientis fiat. Ad vltimum dicendum, beneficia naturalia non dari immediate, & principaliter pro alimentis, sed ut officium spirituale praestetur, c. vlt. de rescript. in 6. Conc. Trid. sess. 21. de reform. c. 3. ut autem ministri stipendium sanctis laboribus debitum accipiant, bona temporalia sub eo titulo spirituali constituta sunt, & hoc est quod probat text. in d. c. cum secundum, vnde illa ratio parum, concludit ad impediendam transactionem.

Notatur ad hoc quod transactio super beneficio Ecclesiastico sine Superioris consensu, quae nullius est momenti, non officit paciscenti, nec liti finem imponit, nec per mutuum consensum recipit firmitatem, ut per Palat. in repet. c. per vestras, de donat. inter virum, §. 1. n. 6.

S V M M A R I V M.

- 1 Censualis fieri potest Pralatus, sed non Ecclesia per transactionem factam sine auctoritate Episcopi.
- 2 Compositio facta super futuris decimis sine Superioris consensu, mortuo eo, qui eam fecit, successoris non prauidet.
- 4 Episcopalis auctoritas debet ab Episcopo interponi

ex causa rationabili, non verō simpliciter.

- 6 Compositio fieri potest auctoritate Episcopi, seu iudicis coram quo litigatur, cum constitutione censui, seu pensionis ad vitam aduersarij.

C A P. De cetero. V.

Rectores duarum Ecclesiarum quando inter se litigant, & vnus impetrat literas à Papa ad extraordinarium, vt ad legatum, si componit cum aduersario, vel fiat transactio vt habeat aliquod ius, vel censum in Ecclesia, si compositio non est contra ius, minimè ab Episcopo reprobanda est, sed census non durat, ultra vitam soluentis. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. And. Imol. Anan. Bald. Panorm. Host. Anchar. Butr. Casal. in anno. Vinian. in rationali primi libri iuris Pontif. pag. 501. Alagona in compend. iuris Can. pag. 176. remissimè Ximen. in concord. p. 2. refertur ab Anton. August. collect. 1. Decretal. lib. 1. tit. 27. c. 5. & est post Concil. Lateran. p. 28. c. 10.

Notatur hic text. ad hoc quod compositio super 2 futuris decimis facta sine Superioris consensu, mortuo eo, qui eam fecit, successoris non prauidet, ut per Abb. in c. multiplici, n. 2. vbi Butr. in fine, & in c. cum homines, n. 4. infra de decim. Duen. reg. 127 in fine. Rebuff. de decimis, q. 13. n. 25. Bonacof. tom. 1. commun. opin. lib. 1. tit. 10. n. 12. pag. 186. D. Barbosa in l. si filiosam, §. fin. n. 20. ff. soluto matrim. Rota in Mediolanen. decimarum 10. Aprilis 1606. coram Reuerend. D. Coccino Rotæ Decano, compromissum enim super rebus Ecclesiae in consilio Superiore non valet, Alex. conf. 32. n. 2. lib. 2. Paris. conf. 14. n. 1. lib. 4. Rot. decis. 160. n. 1. p. 2. diuers. Card. Canaler. decis. 327. num. 4.

Ad extraordinarium iudicem, &c.] Ergo possunt litigantes circa aliquod beneficium, arbitrum de communi consensu eligere etiam si ille arbitrum non sit Prælatus, vel iudex causae, ut per Soar. tom. 1. de relig. lib. 4. de simonia c. 51. n. 24. Valer. Reginald. in praxi fori poenit. lib. 2. c. 3. n. 257. vers. quod autem, Bonacin. de simonia, q. 4. §. 15. n. 12. intelligentes modò is, in quem huiusmodi arbitrium compromittitur, sit clericus.

Sed census, &c.] Vide Aym. conf. 323. n. 1. Soar. de Religione, tom. 1. lib. 5. de simonia, c. 51. n. 18.

Ab Episcopo auctoritate.] Quae auctoritas Episcopalis debet ab Episcopo interponi ex causa rationabili, non verō simpliciter, perfunctoria enim auctoritas successorem non ligat, Cald. Pereira de emptione c. 51. n. 7.

Cui praest.] Ergo non alius, ut per Boët. decis. 115. In gloss. Contraria, fin. ibi, & potest intelligi, &c. Notatur ad hoc quod auctoritate Episcopi, seu iudicis coram quo litigatur, potest fieri compositio cum constitutione censui, seu pensionis ad vitam aduersarij, licet Episcopus non consenserit, neque consentire velit, Abb. hic n. 2. & in c. ad audientiam 2. n. 2. vers. & adde, de rescript. Vgolin. de simonia in genere, c. 29. §. 3. n. 2. quos refert, & sequitur Bellet. disquisit. leric. p. 1. tit. de clerico debitore, §. 6. n. 11. vbi dicit procedere quando facta fuisset compositio super aliquibus iuribus temporibus Ecclesiae.

S V M M A R I V M.

- 1 Beneficium, quod per transactionem habetur, si impetratur, ut vacans ab eo, qui fuit transactionis mediator, non valet impetratio.

2 Adus

De Transactionibus, Tit. XXXVI. 305

- 2 *Aduocatus in causa in qua est Aduocatus testimonium ferre non potest.*
- 3 *Consensus praestitus vigore statuti prauidicat consentienti.*
- 4 *Beneficium Ecclesiasticum non potest conferri omnino laico.*
- 5 *Patrocinans scienter petenti rem suam sibi prauidicat.*
- 7 *Ordo necessarius debet praecedere, ad obtinendum beneficium Ecclesiasticum.*
- 8 *Habitus iudicandus est qui talis reperitur tempore praesentationis, & non praestet habitus si superueniat.*

CAP. Ex literis. VI.

1 **M**ediator qui fuerit, ut in beneficio fiat transactio, id est, amicabile compositio, & deinde impetrat idem beneficium nihil dicens se fuisse mediatorem, litera impetrata non valet. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Collect. Zabar. Innoc. Bellam. Ioan. Andr. Anan. Butr. Anch. Host. Panorm. Bald. Henric. Boich. Imol. Vinian. in *rationali primi libri iuris Pontif. pag. 501.* Alagona in *compendio iuris Canon. pag. 176.* remissive Ximen. in *concord. p. 1.* refertur ab Anton. August. collect. 1. Decret. lib. 1. tit. 27. c. 6.

2 *Patrocinabatur in causa, & testis inscriptus fuerat.* Notatur ad hoc quod Aduocatus in causa, in qua est Aduocatus, propter praesumptam affectionem testimonium ferre non potest, de quo vide *c. si testes omnes, §. testes, quos accusator, 4. q. 1.* Vincent. de Franch. decis. 222. Put. lib. 3. decis. 6. Rebuff. de reprob. testium a. n. 33. Perez l. 1. tit. 19. lib. 1. Ordin. pag. 403. Malcard. de probat. concl. 66. n. 1. & 2. & concl. 1357. n. 1. Gutierrez. conf. 24. n. 8. & 9. Surd. decis. 190 & 219. Mench. freq. c. 33. n. 4. Bobadil. in sua politica, lib. 1. c. 2. n. 55. Farin. in praxi crim. q. 60. n. 155. cum seqq. vbi n. 156. ampliat etiam finita aduocatione, & patrocinio.

3 Notatur etiam ad hoc quod consensus praestitus vigore statuti prauidicat consentienti, ut per Socin. tirac. 4. col. pen. vol. 4. Crauet. in q. de indemn. mul. n. 38. Tiraq. de retractu lig. §. 1. gloss. 9. n. 141. quos refert, & sequitur Turd. decis. 309. num. 10. vbi etiam resoluit testem sibi prauidicare quando in testimonio aliquid contra se protulit, de quo etiam Valasc. conf. 33. ad finem.

4 *Cum nondum esset in clericum tonsuratus.* Ergo beneficium Ecclesiasticum non potest conferri omnino laico, ut tenent Sclio. Hoied. Rebuff. & Menoch. quos refert, & sequitur Flamin. de resignat. lib. 4. q. 2. n. 2. Azor. instit. moral. p. 2. lib. 6. c. 2. q. 5. & dicam ad c. 2. infra de instit.

Cum literas istas obtinuit. Notatur ad hoc quod laicus non potest impetrare literas ad beneficium vacaturum, etiam si antequam vacet beneficium ad Ordines promouatur, constat enim tempore impetrationis laicum esse, ac proinde rescriptum veluti subrepticium nullum iudicari, arg. text. in c. si eo tempore, de rescript. l. 6. inuat quod, ut rescriptum valeat, debet fieri expressio rei, qua declarata redderetur Pontifex difficilior, ex reg. text. in c. super literis, de rescript. & in specie bene probant text. in praesenti, & in c. cum adeo de rescript. Gom. de expectat. n. 90. Rebuff. in praxi tit. differentia inter rescripta. n. 48. Sic alias promissione beneficij facta laico licet ex postfacto ordinetur, nihilominus tamen beneficium vacare dicitur, ut aduertit Fusc. de visit. lib. 2. c. 21. n. 13.

5 In gloss. Patrocinabatur, ibi, qui enim scienter patro-

Tom. I.

cinatur petenti rem suam, sibi prauidicat. Vide Tiraq. de retractu lig. §. 1. gloss. 9. n. 167. cum seqq. Menoch. conf. 322. n. 34.

In gloss. Testis inscriptus. Dicit Rebuff. de reprob. 6. testium, n. 25. vers. saluatur, intelligi hanc glossam quando testis producit tantum ad solemnizandum instrumentum de gestis coram eo, ideo potest describi testis de his, quae geruntur in causa ut si producat instrumentum, vel transactio, aut alius actus fiat coram eo, quia tunc deponere poterit.

In gloss. Tonsuram, ibi, ergo licet postmodum tonsuram receperit, non profuisset. Notatur ad hoc quod ad obtinendum beneficium Ecclesiasticum debet Ordo necessarius praecedere, & non sufficit quicquam habitum clericalem gestantem habere animum statim obtento beneficio assumendi Ordinem clericalem, ita Sanch. de matrim. lib. 7. disp. 42. n. 12. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. gloss. 2. n. 66. quos ego ipse refero de officio & potest Episcop. p. 3. alleg. 7. n. 77.

In ead. gloss. ibi, Principium enim in talibus considerandum est. Ergo ad beneficia iudicandus est habilis, qui talis reperitur tempore praesentationis, & non praestet habitus si superueniat, Rota decis. 69. p. 3. lib. 1. diuers. Mar. Anton. var. resol. lib. 1. resol. 19. n. 1. Seraphin. decis. 1234. num. 4. Campan. in diuersorio iuris Canonici, rubr. 11. cap. 1. num. 461. Aloys. Ricc. in praxi fori Ecclesiast. resol. 165. n. 3. & resol. 166. num. 3.

SVMMARIUM.

- 1 *Transactio fieri non potest super Ecclesiastico beneficio, sed tantum amicabile compositio*
- 2 *Transigi super re sacra, & litigiosa non potest, intellige ut ibi.*
- 3 *Transactio fit de re dubia.*

CAP. Super eo. VII.

1 **T**ransactio fieri non potest super re sacra litigiosa, nam dare, vel recipere vel permittere ut res sacra recipiatur; habet speciem simoniae, possunt tamen litigantes amicabiliter, & gratis conuenire inter se. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Bald. Panorm. Host. Anch. Butr. Viu. in *rationali primi libri iuris Pontif. pag. 502.* Alagona in *compendio iuris Canon. pag. 167.* remissive Ximen. in *concord. p. 2.* refertur ab Ant. August. collect. 2. Decret. lib. 1. tit. 16. c. 1.

Quod transigi super re sacra, & litigiosa non potest. Vide Rebuff. in tract. de decimis, q. 3. n. 33. transactio verò cum compensatione rei spirituali per largitionem alterius rei spiritualis eiusdem Ordinis ac proportionate non est simoniaca, ut per Soar. de Relig. tom. 1. tract. 3. lib. 4. c. 51. num. 8. Valer. Reginald. in praxi fori penit. lib. 23. num. 149. vbi respondet ad iura, quae absolute improbant omnem pactionem in spiritualibus, ut intelligantur de pactione inhonesta, id est, de pactione, in qua turpiter temporale datur pro spirituali in huius iniuriam.

In gloss. Super re sacra, ibi, ut datur temporale pro spiritualibus. Notatur ad hoc quod transactio simoniaca est dum in transactione remittitur, vel retinetur ius spirituale pro temporali, ut per Soar. de Relig. tom. 1. lib. 4. de simon. cap. 51. num. 6. Valer. Reginald. in praxi fori penit. lib. 23. c. 1. dub. 1. Bonacina de simon. q. 4. §. 15. n. 3. vbi n. 4. subdit transactionem

C c 3 circa

circa rem spiritalem non esse simoniacam dum res spiritualis compensatur largitione, vel cessione alterius rei, seu iuris spiritualis proportionari. unde prouenit ut si contingat Episcopos circa decimas contendere, possunt conuenire, ut unus partem unam, alter aliam habeat, & sic de similibus. ita Soar. d. c. 51. n. 9. Filiuc. tract. 45. c. 11. q. 10. Valer. Reginald. d. c. 11. n. 16. Bonacin. d. n. 4. versum si.

- 3 In gloss. Dato, ibi, & ideo dixi dubia, &c. Nam transactio fit de re dubia, Roland. conf. 28. n. 42. vol. 4. Ioseph. Ludou. Perus. decis. 91. n. 23. Gama Lust. decis. 199. n. 4. Guttier. de iuram. confirm. p. 1. c. 2. n. 1. Rebuff. in tract. de decimis, q. 13. n. 14. Molina de iustit. tract. 2. disp. 56. versum transactionem, Rebello de obligat. iustit. p. 2. lib. 16. q. 1. n. 3.

S V M M A R I V M.

- 1 Transactio facta de rebus Ecclesie per Prælatum sine superioris consensu non obligat successorem.
- 2 Compositio inter clericos facta ut decima vni Ecclesie debita alteri soluantur, debet fieri cum auctoritate Papa ad hoc ut perpetua sit, & valeat.
- 3 Concedantur text. in presenti cum c. 2. supra hoc tit.
- 4 Confirmatio facit locationem transitoriam ad successores, quando fructus erant conuertendi in utilitatem Ecclesie.
- 5 Res inter alios acta aliis nocere non debet.
- 6 Baptismus est necessarius necessitate precepti.
- 7 Confirmationis Sacramentum non est necessarium necessitate precepti.
- 8 Pœnitentia Sacramentum necessarium est non solum necessitate mediæ, verum etiam precepti.
- 9 Pœnitentia extrema Sacramentum non est necessarium ad salutem.
- 10 Eucharistia adultis saltem baptizatis necessaria est ex precepto non solum Ecclesiastico, verum etiam diuino.
- 11 Laicus non potest esse minister Sacramenti Pœnitentie, etiam in necessitate.

CAP. Veniens. VIII.

- 1 Transactio facta à Prælatis sine superioris auctoritate, super decimis, est tantum personalis, & non obligat successores, & si quid deinde acceperunt, tenentur restituere. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Anan. Butr. Bald. Anch. Henric. Panorm. Vin. in ration. primi libri iuris Pontif. pag. 502. Alagona in compendio iuris Canon. pag. 177. remissum Ximen. in concord. p. 1. & 2. refertur ab Ant. August. collect. 3. Decretal. lib. 1. tit. 16. c. 3. & est post Concil. Lateran. p. 48. c. 1.

- 2 Collige ex text. compositionem inter clericos factam ut decima vni Ecclesie debita, alteri soluantur, debere fieri cum auctoritate Superioris, ut per Bonac. tom. 1. com. opin. lib. 1. tit. 10. n. 1. pag. 186. Caputaq. decis. 165. p. 3. Bonacin. de legibus disp. vi. q. 4. puncto 5. n. 3. & de simonia q. 4. §. 15. n. 4. versum secundo si transgentes. Fagundes in quinque Ecclesie precepta, præc. 5. lib. 3. c. 2. n. 1. Rota in vna Messanen. præminenziarum 1585. coram Iustissimo Blanchetto, & in vna Conchen. linitum decimarum 4. Martij 1596. coram eod. & in ead. Conchen. s. Martij 1597. coram Litta, relata per Marc. Anton. Gen. in praxi Archiep. Neapol. c. 60. n. 19. in nouis edit. Franc. Leon. in thesauro fori Eccles. p. 4. c. 1. n. 2. in fine, Bellet. disquisit. cleric. p. 1. tit. de clerico debitore, §. 5. n. 31. Azor. instit. moral. p. 1. lib. 7.

c. 76. q. 5. Moneta de decimis, c. 5. q. 7. n. 1. 6 & n. 123. resoluit valere compositionem inter Clericos ut minus quam sint decimæ eius, soluantur, vel ut de aliquibus rebus non præstentur, & citat Rebuff. de decimis, q. 11. n. 36. Triusan. Penet. decis. 28. n. 12.

Auctoritate Apost. confirmatam. Ergo requiritur approbatio Summ. Pontif. ut notat Bertrand. conf. 14. & 116. volum. 1. Unde fuit in Rota decimam in causa Nauarien. decimarum 28. Maij 1593. coram Illustriss. Arigonio, concordiam super dimissione partis decimarum de bitarum à laicis, factam à personis Ecclesiasticis non valere sine confirmatione Apost. nec sufficere consensum Episcopi, refert Marc. Anton. Genuens. ubi proxime, & ideo non sufficit assensus Episcopi pro ut sufficere videbatur in terminis c. 2. supra hoc tit. quia agitur hic de magno præiudicio, videlicet soluenda tantum tertia parte decimæ, vel quia nulla causa interuenerat utilitatis, necessitatis, aut alia similis: vel quia hæc erat propria transactio, illa verò, de qua in d. c. compositio, vel quia in ea Parochia in qua erant prædia, de quibus transactio facta fuerat de non soluenda nisi tertia parte decimarum, coloni Monasterij à Parocho etiam recipiebant Ecclesiastica Sacramenta, ita Moneta d. q. 7. n. 137.

Cum aliis inter personas facta potius, &c. Notatur ad hoc quod confirmatio facit locationem transitoriam ad successores quando fructus erant conuertendi in utilitatem Ecclesie, non in utilitatem personæ locantis, ut per D. Barbosa in l. si filiosam. §. fin. n. 20. ff. solutio matrim.

Nec pacta inter alios acta aliis obesse patiamur. Notatur ad hoc quod res inter alios acta aliis nocere non debet, de quo iuris principio tractatum edidit Tiracquel. & plura iura referunt Thom. de Thoma. reg. 273. Cou. præc. c. 13. n. 4. & c. 14. n. 15. & 16. Menoch. remed. 3. retin. n. 571. & conf. 28. n. 28. Mascard. de probat. concl. 394. n. 19. & concl. 1243. & conclus. 1267. num. 2. Hieron. de Laurent. Auenionen. decis. 82. n. 1. Mench. g. v. i. f. q. c. 23. n. 1. cum seq. Mar. Anton. var. res. lib. 1. ref. 106. n. 7. 8. & 45. & lib. 2. ref. 1. n. 7. Surd. conf. 577. n. 25. Cardos. in praxi iudicum, & aduocat. verbo, res, a. n. 25. Brunor. à Sole in locis communibus verbo, res, 12. Casl. Arg. l. de legitimo contradit. q. 7. n. 80. & q. 10. n. 264. Card. Tufch. tom. 6. litera R. concl. 264. cum seqq.

In gloss. Necessaria, ibi, Sacramenta necessitatis sunt ista, Baptismus. Est enim Baptismus necessarius necessitate precepti, ut est concors & communis SS. Patrum & doctorum omnium opinio apud Vasquez p. 3. disp. 149. c. 12. & 3. disp. 172. c. 2. Valent. tom. 4. disp. 4. q. 3. puncto 4. Sayr. de Sacram. in genere, lib. 2. c. 8. q. 2. art. 1. Iacob. de Grassis in aureis decis. p. 2. lib. 2. c. 4. n. 12. Bartholab Angelo de Sacramento Baptismi, §. 8. Reginald. in praxi fori pœnit. lib. 27. n. 7. Soar. de Sacram. disp. 27. Nugn. p. 3. q. 68. art. 1. & 2. & ibid. Coninch. dub. 1.

In ead. gloss. ibi, Confirmatio. Aduertendum Sacramentum Confirmationis necessarium non esse necessitate precepti, in tantum quod illud sponte omittens secluso contemptu, vel alia circumstantia non peccet mortaliter, quamvis enim Confirmatio tribuat vires, & robur ad profitendum & continentium Fidem, nihilominus huiusmodi vires possunt per alia media obtineri, ita S. Thom. 2. 2. q. 65. art. 4. & q. 72. art. 3. Nugn. ibid. art. 8. dub. 1. Victor. de Confirm. conc. 47. Vivald. eod. verbo, c. 5. n. 6 & 7. Petr. de Ledema in sum. p. 1. tit. de Confirmat. c. 8. concl. 1. & 2. Sayr. de Sacram. in genere, lib. 6. c. 4. q. 1. circa med. Valent. tom. 4. disp. 5. tit. 2. puncto 3. Chamet. de Sacram. c. de Confirm. dub. 4. Nau. in man. c. 22. n. 9. versum 3.

In

- 8 In ead. gloss. ibi, *Pœnitentia*. Quod Sacramentum Pœnitentiæ necessarium sit non solum necessitate mediæ, verum etiam præcepti, ex S. Thom. & aliis tradunt Bellarm. de *Pœnit.* c. 5. Soar. de *Pœnit.* disp. 17. sect. 2. n. 13. & sect. 3. n. 2. Valq. eod. tract. q. 84. art. 5. dub. unic. n. 44. Reginald. in *praxi fori pœnit.* lib. 18. n. 40. Coninch. disp. 5. de *Pœnit.* dub. 1. n. 27. Valent. d. tom. 4. disp. 7. q. 1. punct. 6. assert. 2. & q. 9. puncto 2.
- 9 In ead. gloss. ibi, *Unctio*. Aduerte Sacramentum extreme Unctionis non esse necessarium ad salutem, sicut nec necessarium esse Confirmationem supra ostendimus, ita ex aliis Bonacina de *Sacram.* disp. 7. q. unic. puncto 1. n. 1.
- 10 In ead. gloss. ibi, *Corpus Christi*. Eucharistiam adultis saltem baptizatis necessariam esse ex præcepto non solum Ecclesiastico, verum etiam diuino affirmatio, resoluunt. Nau. in *manuali.* c. 21. n. 57. Chamber. de *Euchar.* in *princ.* Bonacina d. tract. disp. 4. q. 1. puncto 3. n. 1.
- 11 In ead. gloss. ibi, *Nam confiteri possunt cuicumque in necessitate*, iuxta illud, *Confitemini alterutrum peccata vestra*. Aduerte laicum non esse ministrum Sacramenti Pœnitentiæ, cum careat potestate Ordinis & iurisdictionis; non obstat illud Iacobi 5. *Confitemini alterutrum peccata vestra*, quia secundum aliquos intelligitur de confessione non sacramentali facta humilioris gratia, quam confessionem non solum coram Sacerdote, verum etiam coram laico fieri posse tenent Sot. in 4. dist. 18. q. 4. art. 1. Reginald. in *praxi fori pœnit.* lib. 1. n. 6. Coninch. de *Sacram.* disp. 8. dub. 1. n. 6. Onuphr. de *sigillo Confessionis*, sect. 3. q. unic. dub. 5. ver. prima conclusio, Bonacina d. tract. disp. 5. q. 7. puncto 1. n. 2.

S V M M A R I V M.

- 1 Transactio sicut super iure presentandi, ita super annexo fieri non potest ut recedatur a lite interveniente aliqua temporalitate.
- 2 Simonia crimen incurritur ubi quis promittit aliquid ut patronorum voces consequatur.
- 3 Condicio facta inter patronum, & presentatum inducit confidentiam.
- 4 Simonia committitur quoties patronus pro presentatione, vel nominatione ad beneficium temporale commodum recipit.
- 5 Simoniaca est transactio in qua spirituale pro aliquo temporali remittitur.
- 6 Insponsoratus est spiritualibus annexum.

CAP. Præterea. j. IX. Luc. III.

Transactio super iure presentandi, & illi annexo cum aliquo cummodo temporali est simoniaca. Colligunt ex Ordinari. Abb. antiq. Zabarell. Collectan. Bellam. Ioann. Andr. Imola, Innoc. Anania, Anchar. Burr. Panormit. Henric. Bald. Hostiens. Vinian. in *rationali primi libri iuris Pontificij*, pag. 503. Alagona in *compendio iuris Canon.* pag. 177. remissive Ximen. in *concord. part. 2. refer.* ab Anton. August. collect. 1. Decret. lib. 1. tit. 16. cap. 4.

Simoniaca pactio. J. Dum text. dicit pactioem circa insponsoratus de re temporali esse simoniacam, aperte probat in venditione insponsoratus simoniam reperiri, propterea in specie tradunt D. Thom. 2. 2. q. 100. art. 4. & in 4. sentent. dist. 25. quest. 5. ubi Palud. quest. 4. num. 19. Roch. de *iure patron.* verbo, *vile*,

quest. 3. num. 7. Lambertin. lib. 1. 2. part. quest. 1. art. 1. 2. num. 17. & quest. 4. art. 3. & lib. 3. quest. 9. art. 6. D. Antonin. part. 2. tit. 1. cap. 5. §. 2. Sylvest. in *sum. verbo, simonia*, quest. 12. Sot. de *iustit.* lib. 9. quest. 7. artic. 1. cum segg. Nauar. in *man. cap. 13. num. 108.* Pro quibus etiam facit, quia ubi ius aliquod Ecclesiasticum, seu potestas Ecclesiastica venditur, simonia resultat; & constat nihil aliud importare insponsoratus quam potestatem quandam, & ius ab Ecclesia datum ad presentandum ministrum in beneficio vacante, quod quidem ius & potestas licet ex gratia ab Ecclesia concederetur, & a laicis possideatur, non ideo minus Ecclesiasticum, seu ius spirituale est, & potestatem Ecclesiasticam continet, quemadmodum potestas eligendi Prælatus, iuxta text. in cap. *Sacrosancta*, & in cap. *Messana*, iuncto cap. 1. de *elect.* quæ quidem potestas aliquando Principibus secularibus, & aliis laicis concessa fuit, iuxta text. in cap. *Adrianum*, & in c. *Synodo*, & quasi per totam 63. dist.

Nec contra prædictam sententiam facit, quod vasa sacra spiritualibus antecederet annexa esse dicuntur, ut docet Iuriconsultus in l. *sacra*, §. 1. ff. de *reum diu. s. & in §. sacra*. Insit eodem, quæ tamen vendi possunt absque crimine simoniæ, probat text. in cap. *ea* enim 10. quest. 2. & in cap. *aurum* 11. q. 2. fatetur D. Thom. dicto art. 4. ad secundam, Sylvest. loco citato. Nauar. conf. 1. de *rebus Ecclesiæ*; respondetur enim vasa sacra, & similia retinere naturam temporalem propter materiam, cui consecratio, seu benedictio adheret, quæ quidem materia temporalis, quæ pretio æstimatur, efficit ut in illius venditione simonia non committatur, dummodo solum materia æstimetur, & non ipsa ordinatio ad spiritualia, propterea declarant supradicti; quæ quidem materia considerari non potest in iure patronatus propterea consistit in facultate presentandi: & licet text. in d. c. *aurum*, velit ut vasa sacra confringenda, & constanda sint priusquam vendantur, obseruat D. Thom. ubi supra, in quo videtur significare ante prædictam constitutionem dari simoniam, nihilominus tamen id locum habet quando vasa sacra ad profanos usus venduntur contra regulam, quod *seme*, lib. 6. oportet enim ut illo modo amittant formam, quæ amissa consecratio evanescat, ut si ne indecentia a laicis tractari possint; secus vero si ad sacros usus vendantur, tunc enim integra vendi possunt, quod idem est in sanctis Oleis obseruandum, si tanta sit materia, quæ pretio aliquo æstimari possit, nec pretium illius valorem excedat, ut bene aduertit Sot. d. q. 6. art. 1.

Nec similiter contra prædictam sententiam facit si dicatur quod ius sepulture spiritualibus scilicet annexum est, ut fatetur gl. 1. in c. *non satis*, de *sim.* & tamen absque simonia vendi potest, iuxta illud *Genes.* c. 23. & 25. & attento usu quotidiano propria sepultura in Ecclesia non nisi pro certo aliquo temporali datur; satisfit enim si adueras ius sepulture quatenus tale, puta in cœmeterio, vel alibi, similiter nunquam vendi posse, probat text. in d. c. *non satis*, ad finem, & in cap. *penultim. de sepult.* Sed aliquando hoc fieri, quando aliquod temporale considerabile in illo reperitur, puta si fiat sepultura in capella, seu in alio loco honorifico, tunc enim non ratione sepulture, sed ratione illius rei temporalis, quæ considerabilis est, aliquod temporale admitti potest, propterea intendit gloss. verbo, *sepultura*, in d. cap. *penult.* vel saltem ratione elemosynæ, ut in aliquibus partibus fieri solitum mihi nuntiandum fuit.

Notatur hic text. ad hoc quod simoniæ crimen incurritur ubi quis promittit aliquid ut patronorum

3 voces consequatur, vt per Dec. *onf.* 118. Et conditio facta inter parsonum, & presentatum inducit confidentiam, Flam. *de confident* q. 28. n. 189. vbi q. 16 n. 27. cum Nauar. resoluit quoddam mutans pecuniam ob presentationem committi simoniam. Vnde Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit.* lib. 2. n. 367. resoluit committi simoniam quoties parsonus pro presentatione, vel nominatione ad beneficium Ecclesiasticum temporale commodum recipit, vide Roch. *de iure parson. verbo, iur.* q. 1. n. 4. & verbo, *vile*, q. 1. n. 9. Rodan. *de simon.* p. 3. c. 13. n. 22. Soar. *de Relig. tom. 1. lib. 4. de simon.* c. 28. n. 7. & seq. Vnde inferitur presentantem non posse ob presentationem imponere onus presentato, ad quod alias non teneatur, vt obliget presentatum ad tuendum ius presentantis, & ad litem pro ipso prosequendam, vt per Vgolin. *de mon. tab. 1. cap. 49. §. 2. n. 5.* Soar. *d. cap. 28. n. 14.* Filiuc. *rom. 3. tract. 5. cap. 6. q. 8. num. 13.* resoluentes etiam non committere simoniam presentantem, qui imposuit onus presentato vt suam presentationem prosequatur, alioquin liberum sit presentanti alium presentare, vel agere quod sibi bene visum fuerit, quia non imponit onus presentato ad quod de iure non teneatur, nec presentatus absolute obligatur litem prosequi, sed sub conditione, si velit presentationem suam vires habere.

5 Denique ex hoc text. illa vt plurimum deducitur conclusio quoddam simoniaca est transactio in qua spirituale pro aliquo temporali remittitur, vel retinetur. Soar. *de Relig. tract. 3. lib. 4. c. 51. n. 6.* Valer. Reginald. *lib. 2. n. 148.*

6 In gloss. Nullam in addit. ibi, quia in spiritualibus est spirituale. Imò annexum spiritualibus, cap. quanto, *inf. de iudic.* vbi dicam, ita etiam presentatio est annexa spirituali, Flamin. *d. q. 28. n. 191.* & 188. probat committi simoniam etiam in annexis spiritualibus, de quo idem Flamin. *q. 4. n. 25.* Bonacin. *de simon. q. 4. §. 1. ex n. 1.*

S V M M A R I V M.

- 1 Transigere non licet super spirituali subiectione.
- 2 Subiectus olim etiam hodie subiectus presumitur.
- 3 Possessio usque in presentem continuata presumitur.
- 4 Ecclesia matrix qua, remissive.

CAP. Præterea. ij. X.

Cælest. III.

1 Transactio super subiectione spirituali debita alicui, v.g. Ecclesie matri, non valet, quia est simoniaca. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Collect. Zabarel. Bellam. Ioan. Andr. Imola, Anania, Bald. Ancharan. Panorm. Butr. Hostiens. Viuian. *in rationali primi libri iuris*, Pontificij, pag. 503. Alagona *in compendio iuris Canonici*, pag. 177. remissive Ximen. *in concord. p. 1. & Casal. in annot. refertur ab Ant. August. collect. 2. Decret. lib. 1. tit. 16. c. 5.*

2 Deserebant questionem olim, &c.] Notatur ad hoc quoddam olim subiectus etiam hodie subiectus presumitur, Alciat. *de presumpt. reg. 2. pres. 12.* Malsard. *de probat. concl. 170. n. 12.* Et olim possessor etiam hodie possessor presumitur, Couar. *in c. Reynius*, §. 11. n. 2. *de testam. & in reg. possessor, part. 2. §. 1. num. 1. de regul. iur. lib. 6.* Et olim dominus etiam hodie dominus presumitur. Alciat. *d. reg. 2. pres. 20.*

3 Notatur etiam ad hoc quoddam possessio usque in præ-

sentem continuata presumitur non solum quando per veram probationem constat allegantem olim possedisse, sed etiam vbi ex aduersarij confessione apparet de antiqua possessione, vt per Malsard. *de prob. concl. 1185. n. 17.*

Ecclesia matri.] De Ecclesia matrice vide Soar. *de religione, tract. 3. lib. 1. c. 24. n. 2.* & lib. 4. *de simonia*, c. 18. n. 11. & quæ dicantur Azor. *instit. moral. p. 2. lib. 9. cap. 3. in fine.*

S V M M A R I V M.

- 1 Iudex potest & debet se interponere pro transactione inter partes faciendâ, præterquam in casibus in quibus iura hoc non admittunt, vt super matrimonio.
- 2 Multitudo vbi deliquit mitius de pœna statuendum.
- 3 Iudex an & quando salua conscientia possit partes litigantes reducere ad concordiam, remissive.
- 4 Transactio super matrimonio non videt.
- 5 Matrimonium contrahitur etiam inter infideles, non tamen vt Sacramentum sed vt contractus.
- 6 Iudex potest penam minuire ex bono, & æquo vbi causa aliqua id suadeat.
- 7 Equitas seruanda in pœnis arbitrariis assignandis.
- 8 Pœna mutatio fit ex qualitate personarum.
- 9 Equitas scripta debet præferri rigori iuris.
- 10 Absolvere potius debemus, quam condemnare.

CAP. Ex parte. XI. & fin.

Honor. III.

Iudex potest interponere suas partes ad transigendum vel componendum, exceptis casibus in quibus iura id non permittunt sine dispensatione, vt in matrimonio, sed in aliis, in quibus ius non reperitur expressum, & tunc declinare debet semper in mitiorem partem, prout personæ, causa, loca, & tempora perunt. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Bellam. Ioan. Andr. Imola. Anania. Panorm. Host. Anchar. Butr. Henric. Mant. Cened. Collect. 70. Viuian. *in rationali primi libri iuris* Pontif. p. 504. Alagona *in compendio iuris Canonici*, pag. 177. remissive Ximen. *in concord. p. 1. & 2.*

Multitudine.] Notatur ad hoc quoddam multitudo vbi deliquit mitius de pœna statuendum, vt per Coriolan. Capucin. *de casibus referu. part. 2. casu 5. §. 9. n. 19. p. 721.* Tiraq. *de pœnis temper. causa 47. à princ.* vbi n. 10. asserit hunc text. procedere in his casibus, in quibus habet locum dispensationis remedium, alioquin si locum habere non possit, non est aliquid à seueritate Canonica detrahendum propter multitudinem.

Poteris ad compendium interponere partes.] An & quando salua conscientia possit iudex partes litigantes reducere ad concordiam, vide Boët. *decis. 149.* Guillelm. Bened. *in cap. Raynuius*, p. 3. in q. an occidere peccatores licet, n. 27. Ioan. Garc. *reg. 251.* Matienf. *in dialogo relatoris*, p. 2. cap. 1. n. 8. Afflic. *decis. 13. n. 29.* Perez. *l. 1. tit. 8. lib. 4. Ordinarum.* plures Doctores refert Cened. *ad Decretal. collect. 70. num. 1.* latè & eleganter Illustr. D. meum Roderic. à Cunha *in comment. ad cop. placuit*, q. ex num. 2 usque ad fin. dist. 90. vbi decem conclusionibus totam materiam explicat, faciens multa, quæ super hanc materiam adducit parens meus *in comment. ad Ordin. Regiam Unif. lib. 3. tit. 20. §. 1.* & ego ipse *de officio, & potest. Episcopi, part. 3. alleg. 79.*

Ripote

4 *Utpote coniugij.*] Notatur ad hoc quod transactio super matrimonio non valet, vt per Couar. de sponsal. p. 2. c. 8. § 12. n. 2. Marpur. conf. 15. sub n. 291. vers. verum, Perez l. 1. gloss. 1. pag. 8. col. 2. vers. dubitatur etiam tit. 1. lib. 5. Ordin. Bellet. disquisit. cleric. p. 1. tit. de fauore cleric. reali, § 2. n. 65. Guttier. canon. q. lib. 1. c. 17. n. 18. Sanch. de matrim. lib. 2. disp. 14. n. 1. vers. 9. Bernard. Graue. ad pract. Camer. Imper. lib. 2. concl. 94. confid. 2. Franc. Molin. de ritu nups. lib. 2. differ. 9. a. n. 1. vbi n. 3. asserit cum Prod. tract. de differ. iuris Ciuile, & Canon. n. 106. de iure Ciuili; quo huius Sacramenti vis incognita erat, licita non fuisse causam matrimonialis transactionem, Cened. d. collect. 70. n. 1. in fine, vbi cum Abb. in present. n. 8. intelligit, si aliquid contra vinculum matrimonij statuatur.

5 *Apud fideles, & infideles existat.* Matrimonium igitur contrahitur etiam inter infideles, non tamen vt Sacramentum, sed vt contractus, vide Couar. de sponsal. p. 2. c. 6. § 10. a. n. 2. in fine, Magdalen. in tract. de num. testum, p. 1. c. 3. n. 257. Guttier. Canon. q. lib. 1. c. 17. n. 10. Vinald. in candelabro aureo tit. de matrim. a. n. 215. Moz. de contract. tit. de matrim. c. qui possint contrahere matrimonium, n. 25. Matienf. ad tit. 1. in rub. gloss. 1. n. 78. lib. 5. noua recop. Cened. d. collect. 70. n. 2. Franc. Molin. d. lib. 2. differ. 13. a. n. 7. & dicam latius ad c. gaudemus, n. 1. de iunort.

6 *Cum bis vero, &c.*] Notatur ad hoc quod index potest poenam minuire ex bono & equo, vbi causa aliqua id suadeat, ac vt ipse arbitratu fuerit mitiorem infligere, Couar. lib. 2. var. c. 9. n. 8. Tiraq. de poenis temper. in presat. n. 16 & 32. Nau. in rub. de iudic. n. 99. Ioseph. Ludou. Lucenfi decisi. n. 38. Farin. in praxi crim. p. 1. q. 1. n. 7. Aldrete de religiosa disciplina tuenda, lib. 2. c. 10. n. 5. late Coriolan. d. casu § 8. a. n. 16. vbi declarat Illustr. D. meus Roder. a Cunha in comm. ad c. si vir, n. 1. dist. 27.

7 *Equitate seruata.*] Notari solet ad hoc quod quando in aliquo casu particulari deficit lex scripta, est recurrendum ad equitatem, & sensum naturalem, de quo vide Tiraq. in tract. cessante causa, limit. 1. n. 78. Gambar. de offic. & potest. legati de latere, lib. 10. ex n. 17. Mex. in tract. rassa panis, concl. 1. ex n. 95. Menoch. conf. 202. ex n. 1. Cened. d. collect. 70. n. 1. Franc. de Soula de largitione numerum, fundam. 2. n. 18. Licet autem in imponendis poenis arbitrariis sit equitas a iudicibus amplectenda, ea tamen non a capite, nec imaginaria esse debet, sed a iure regulanda, Coriolan. d. casu § 8. n. 11. pag. 70.

8 *Secundum quod personas, &c.*] Notatur ad hoc quod ex qualitate personarum fit poenae mutatio, Tiraq. de nobilitat. cap. 20. num. 108. Couar. lib. 2. var. c. 9. n. 3. ad finem.

9 *In gloss. Equitate, ibi, sed potest intelligere illud de equitate scripta, quae debet praeferrī rigori iuris.* Vide Hyppol. sing. 685. Bernard. reg. 245. Cou. in reg. possessor, p. 2. § 6. a. n. 2. Thom. de Thom. reg. 17. Tiraq. de retract. lig. § 35. gloss. 1. n. 4. Strach. de mercat. tit. quomodo procedendum in causa mercature, n. 4. Donel. com. iuris Ciuile, lib. 23. c. 2. Valasc. de iure emphy. q. 5. n. 4. Sarm. lib. 3. select. c. 8. n. 4. ad fin. Fachin. lib. 1. contron. c. 3. & lib. 1. c. 3. Morla in emporio iuris, p. 1. tit. 1. q. 1. Anton. Monach. Lucenfi decisi. 68. n. 35 & Bononien. decisi. 19. n. 1. & Florent. decisi. 70. n. 31. Bertaz. in reper. l. si quis maior, n. 32. C. de transact. Rendina in promptuar. recept. sentent. tom. 1. tit. 106. n. 11. metipsum in tract. Axiom. iuris v. suff. Axiom. 15. n. 1.

10 *In gloss. In humaniorem, ibi, Semper debemus promprios esse ad absolendum quam ad condemnandum.* Vide Couar. var. lib. 1. c. 1. n. 2. vers. quarto, Mex. in tract. rassa panis, concl. 1. n. 171. Ant. Monach. Florent. decisi. 36.

n. 2. Card. Tufch. tom. 1. lit. A. concl. 41. n. 1. metipsum Axiom. 1. n. 9. cum seqq.



De Postulando.

TIT. XXXVII.



UPER hanc rubr. scripserunt Zabarel. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Panorm. Butr. Guillelm. Durand. in breuiario aureo iuris, Canonici, fol. 35. Ioann. de Londris in breuiario sanctorum Canonum, fol. 165. verso, Petr. de Rauenna in compendio iuris Canonici, Martin. Mesnart. in epitome Decretalium, fol. 42. Dan. Venator in analysi methodica iuris Pontificij, a pag. 121. Goffred. & Host. in summa huius tit. Alex. Cassan. & Anastas. Germon. in paratitulis ad quinque libros Decretalium, Barth. Carthag. in exposit. titulorum iuris Can. nouissime Ioan. Honor. lib. 1. sum. in Decret. omnes sub hoc tit.

De materia huius tit. agit Alex. Trentacing. var. resol. lib. 1. tit. de postulando. De aduocatis multa congerunt Adrian. Pulna. in oratione de aduocatorum privilegiis, Tiraq. de nobilit. c. 29. a. princ. Cassan. in catalogo gloria mundi, p. 1. confid. 28. Roland. conf. 36. vol. 3. Perez l. 1. tit. 19. lib. 2. Ordin. pag. 399. & l. 2. pag. 401. & l. 2. tit. 4. lib. 3. pag. 561. Donel. com. iuris Ciuile lib. 18. c. 3. Azeued. ad tit. 16. lib. 2. noua recop. pag. 176. Ioan. Garc. d. nobilit. gloss. 35. n. 11. cum seqq. Fr. Emman. in sum. p. 1. c. 1. Sayr. in clau. Regia lib. 12. c. 12. Bobadil. in sua politica, lib. 3. c. 1. n. 56. cum seqq. Valer. Reginald. in praxi forensi. tom. 2. lib. 25. c. 45. n. 661. cum seqq. Cened. ad Decretum collect. 28. De Aduocati officio tractatum edidit Lancel. Polit. tom. 3. tract. Doctor. p. 1. fol. 361. & de Aduocato, & causidico Christiano Ioan. Petrus Aloë.

S V M M A R I V M.

- 1 Aduocare non potest in foro seculari clericus in Sacris, vel in minoribus, nisi pro se, vel pro sua Ecclesia vel pro miserabilibus personis, & num. 2.
- 3 Aduocare possunt Clerici si stipendia non habeant Ecclesiastica, aut patrimonium, quo sustententur, & n. 4.
- 5 Aduocare potest Clericus coram iudice Ecclesiastico, in foro Ecclesiastico, & in Curia Romana.
- 6 Aduocare potest Clericus in foro seculari in uno negotio, quo expedito poterit aliud assumere.

CAP. Clerici. I. Ex Concil. Lateranen.

Clerici in maioribus, vel minoribus si sustentantur stipendiis Ecclesiae non possunt esse Aduocati coram seculari iudice in negotiis secularibus, nisi prolequatur propriam causam, vel suae Ecclesiae, vel pro personis miserabilibus, quae proprias causas tractare non possunt. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabarel. Collect. Bellam. Ioan. Andr. Anania, Bald. Imola, Butr. Panorm. Innoc. Hostienf. Ancharan. Henric.